

DISSERTATIO PHTSICA,  
ANIMADVERSIONES IN THEORIAM  
ET EXPERIMENTA CEL. DU TOUR  
DE DIFFRACTIONE LUMINIS  
CONTINENS.

---

CUJUS PARTEM TERTIAM,  
CONS. AMPLISS. FACULT. PHILOS. ABOENS.  
PUBLICO EXAMINI SUBJICIUNT  
PETRUS EKENVALL,  
PHIL. MAG.

ET  
GUSTAVUS BERGERGREN,  
OSTROGOOTHUS,

IN AUD. MAJORI DIE XIV DECEMB. MDCCCLII.  
Horis a. m. confvetis.

---

ABOÆ, typis Frenckellianis.

Kongl. Maj:ts Tro-Tjenare

Lands-Kammereraren

Högädle

Herr SVEN BERGERGRÉN

Samt

Högådla Frun

CATHARINA BERGERGRÉN

Född BJÖRCKEGREN.

Huldaſte Föräldrar!!!

Eminagen denna blad, såsom ett svagt bevis af den sonliga  
vördnad, hvarmed jag i hela min lefnad skall framhärla att vara

Mine Huldaſte Föräldrars

lydigaste Son  
GUSTAF BERGERGREN.

Quæ observatio ita audit: Umbra acus duabus lineis luminofis est fimbriata. Duas (plerumque tres) ejusmodi lineas, tam ad cylindrorum, quam ad aliorum corporum umbras, sitas & exiguis ten-brosis intervallis separatas etiam observavimus, cum nempe in minori distantia a corporibus umbras exciperemus. Quod si longiori intervallo umbræ eorum in albam chartam incidenterent; loco harum luminofarum linearum irides (plerumque tres) utrinque animadvertisimus, quas ex luminofis illis lineis generatas esse eo tuiiores contendimus, quo distinctius vidimus, chartam, ad umbram excipiendam distin-tatam, a corpore tarde removentes, ex his lineis irides gigni, eo ordine, ut interior iris, seu, quæ umbræ erat contigua, primum, deinde secunda & de-mum tertia oculis percipi cœpta sit. Quarum iridum seu fimbriarum, (ut eas III. NEWTON nuncupat (1)), illa, quæ umbræ vicina videbatur, latisima & splendidissima erat, coloresque hoc ordine violaceum, ad umbram proximum, cœruleum, viridem, flavum & ru-brum ab ea remotissimum habebat. Aliæ illæ eo minores & debiliores, quo longius ab umbra cista-bant, coloribus cœruleo, flavo & rubro maxime per-spicie ornabantur. Præterea tantum admonere ju-vat, has fimbrias seu irides a corporibus, radiis lu-cis expositis, deflectere; qui enim pleniorem hujus

E phæ-

---

(1) Vid. III. NEWT. *optic. lib. III. pag. 254.*

phænomeni descriptionem cupit, librum III. NEWTON,  
nuperime citatum, adeat.

Hocce jam paucis descripto phænomeno, quærimus: potestne illud ex theoria Celeb. DU TOUR resolvi? ad quam quæstionem esse negando respondendum, ex indole & specie phænomeni satis apparere putamus. Quum enim radii in atmosphærā, a D:no DU TOUR suppositam, intrantes a perpendiculari & proinde ab ipsis corporibus refringantur; liquet, colorem violaceum maxime & rubrum minime, intermedios intermedie, a corporibus & ideo ab eorum umbris deflectere. Phænomenon vero, nuper descriptum & commemoratum, contrario fere modo habuit; quare manifestum est, irides, quæ umbram corporum adornant, ope positæ atmosphæræ explicare non posse. Recte quidem ita colligitur, (forsitan nobis objiciatur); si radii luminis, qui irides, umbram corporum ornantes, constituunt, per atmosphærā sine ulla reflexione transirent; sed ponamus, eos, ut facillime fieri potest, ex superficie corporum reflexionem quandam subiisse; evidenter apparet, radios, ex superficie reflexos, fimbrias tales, quales ad umbras spectantur, formare debere. Radius enim violaceus, ut maxime refractus seu per atmosphærā maxime deflexus, maxime oblique, & ruber, ut minime deflexus, minime oblique in superficiem corporum incidit; unde conficitur, ut a corporibus reflectentibus, seu ab eorum umbris, radius violaceus minime

nime & ruber maxime, intermedii intermedie, necessario deflentantur; unde quidem oriri debet iris, quæ talem inter colores suos observat ordinem, quallem irides, ad umbras corporum sitæ, habent. Atque si superficies corporum reflectens incidentibus radiis sere parallela fuerit; facile intelligitur, prope ad umbras eorum irides, a radiis reflexis depictæ, jaceant, oportere. Hæc ratio phænomeni explicandi est tam simplex, quam evidens; quare eam assumere multo prudentius est, quam in labyrintos metaphysicos se se immittere & vim quandam *deflexivam* corporibus congenitam, cuius realitas mente percipi non potest, singere.

Institias quidem non ibimus, brevissimam & fallimam viam phænomena naturæ resolvendi seruatoribus rerum indolis esse investigandam; quod si experientia in theoriam quandam excogitatam seu rationem explicandi non quadret; illa quidem, quamvis evidentissima & simplicissima appareat, rejiciatur, oportet; experientia enim instar lapidis lydei systematum recte adhibetur, & experimentis jus hypotheses aut proscribendi aut stabilendi merito tribuitur. Experientiam itaque consulamus, an nobis liceat assumere, radios, fimbrias seu irides, quas dicimus, constituentes, aliquam reflexionem ex superficie corporis cujusdam, cuius umbram adjacent, subivisse.

Notissimum quidem est, radiorum lucis reflexionem de figura & indole superficie reflectentis maxime pendere, quare, si irides, quas loquimur, ex radis, a facie corporum reflexis, orientur, superficie reflectenti ex parte respondeant, oportet Experiendo vero observavimus, nihil facere ad rem, utrum cylindrum, an quadratum, utrum aciem quamdam obtusam, an acutissimam, utrum corpus politum an inpolitum radiis, in cubiculum tenebricosum per parvum foramen immisus, exposuerimus; in quo cumque enim horum experimentorum tres fimbrias, quae proxime ad umbram corporum sitae erant, animadvertissemus. Sed experimentum quoddam ad hanc rem explorandam, a nobis captum, breviter describamus. Cylindrum dimidiæ lineæ diametri, in plano quodam fixum sumoque obductum, annulo albo chartaceo, unius ulnæ diametri atque sex lineas alto, ita circumdedimus, ut in centro staret cylindrus. Per parvum deinde foramen, unam lineam latum, & duas lineas altum, in annulo factum, radios luminis, qui in obscurum conelave per æquale foramen, in operculo fenestræ fabricatum, transferunt, in cylindrum immisimus. His factis observavimus, umbram cylindri tribus fimbriis seu iridibus suis ut inque fimbriatam, quarum umbræ vicina iris nitidissima & maxima, dein secunda & demum tertia, quæ obscure videbatur, erat: præterea ordo colorum fimbriarum idem, ac antea est commemoratus, esse observabatur. Observatione vero iridum peracta, concavitatem annuli ubique

que exactissime sumus contemplati, ut forsan in ea aliquas similes fimbrias, sive aliquas luminosas lineas, vel generatim aliquid luminis, ex cylindro reflexi, adspectu adsequi possemus; sed frustra. Postea cylindrum circa axin suum lente tardeque circumvolvimus, oculos in fimbrias fixos tenentes; tum observavimus, illas ne gry quidem e locis suis descendere; sed tamquam immotas ad latera umbræ manere. Cylindro jam fixo, iterum cavum annuli oculis collustravimus atque, ut antea, vestigium nullum ejusmodi fimbriarum in illo animadvertere potuimus. Hoc itaque experimentum, & hæc observatio luculentissime comprobat, fimbrias, umbræ adsitas, de superficie cylindri, tamquam ex illa reflexas, non pendere, evidens enim est, illas, si radiis, ex lateribus quibusdam planis cylindri reflexis, formarentur, rotationem cylindri necessario sequi debuisse, & magis magisque, prout angulus radiorum incidentiæ sub rotatione cylindri decrescit, ab umbra sese removere: id quod de imaginibus illis coloratis, radiorum reflexione a cylindro quodam secundum axin polito, depictis, observavimus.

His duabus observationibus, quod nempe irides circa umbram cylindri, sumo obducti, spectarentur, & quod hæc rotatione cylindri e locis non transmigrarentur, unam adhuc, tertiam, æque indubie testantem, has fimbrias reflexione radiorum ex superficie corporis non ori, addituri sumus. Ex experimen-

mento capto, tornando rotundefacto, atque supra descripto, notum est, nullas imagines coloratas, a se invicem distantes in orbili, quo cylindrus circumdatus erat, atque proinde nullas irides, orbili normales observari potuisse, quum radii in eum inciderent, sed linea lumenosa, in orbili circum circa ducta eique concentrica, tantum adspiciebatur (*m*): Nihilo tamen minus umbra cylindri in debita distantia vulgaribus illis fimbriis ornata videbatur, & quamvis cylindrum circa axin suum moveremus; immobiles tamen umbræ adlitæ, erant irides, Quum autem nulla plana latera, ad imagines quasdam radiorum reflexione separatim generandas apta, superficies hujus cylindri habeat; apparet, lumen, in minori distantia constitutens luminosas lineas, quæ longiore intervallo in colores prismaticos dissipantur, nullam reflexionem a superficie cylindri subire. His itaque factis & observatis colligere quidem licet, radios, qui has fimbrias constituunt, ad deflectendum a corporibus cogi, quamvis ipsam horum extremitatem aliqua ratione haud attingant.

Quænam vero est hæc causa, quæ radios, extrema corporum prætereuntes, ab iisdem deflectere cogit? Inestne vis quædam in ipsis corporibus, quæ hoc lucis phænomenon producit? Ita quoque Ill.  
NEW-

---

(*m*) Videas pag. 21 part. II.

NEWTON uno abhinc saeculo quærebat; & dolendum quidem est, quoq; hodie eandem quæstionem opus sit proponere. Nec nos eo audaciæ procedimus, ut hujus vis naturam nobis penitus perspectam esse aliis persuadere velimus, quare nec certi quid in re tam ardua, puta de quæstione enodanda, statuere possumus; etiam si existentiam vis cuiusdam, quæ in aliqua, (quamvis minima), distantia a corporibus in prætereuntes radios agit, atque actione sua eos deflectit & in colores dissipat, experimentis relatis nixi, affirmare non ambiguimus. Quam vim, quæcumq; sit, *deflexivam* infra nominatam volumus.

Re jam demum, ut opinamur, ad liquidum perducta, quod nempe fimbriæ seu irides quæ ad umbras corporum observantur, juxta theoriam Celeb. DU TOUR explicari non possint; data promissio nobis injungit, ut phænomenon, quod in Theoremate partis secundæ descripsimus, resolutum eamus. Prusquam vero illam explere possumus, nobis quidem opus est, aliud adhuc phænomenon, quod transitu etiam radiorum lucis præter extrema corporum producitur, describere; Infra enim sumus ostensuri, phænomenon, in theoremate citato pronuntiatum, ex hoc & phænomeno *deflexionis* (quo nomine irides, ab umbris corporum deflectedentes, insignias) producendum esse, quare recensio hujus a re digredi non est habenda.

In eo hoc phænomenon consistit, qnod radii luminis, prope superficies corporum prætereuntes, a

vi quadam, quæcumque sit, versus corpora attrahantur, quo sit, ut radii, qui præter latus dextrum, v. g., corporis ejusdam cominus transeunt, eminus juxta sinistrum latus umbræ ejus in chartam albam oppositam incident. Omnis vero mirabilitas hujus phænomeni, (quod phænomenon *inflexionis* vocatur) in eo non vertitur, quod radii heterogenei versus corpora inflestantur, sed quod hi etiam inflestantur in colores prismaticos resolvantur). (n)

Quamobrem si radiis, in cubiculum tenebricosum per admodum parvum rotundumque foramen immisis, capillus e. g. humanus exponatur & in unius circa pedis distantia umbra ejus alba papyro excipiatur, extra irides, deflexione radiorum productas, tam ex una, quam ex altera umbræ parte spectabis alias, (plerumque tres), perspicuas irides, quæ ex inflexione radiorum sunt cætæ, quod ita comprobatur: Si charta versus capillum tarde admoveatur; observabis, has irides proprius umbræ utrinque sese approxim.

---

(n) Autores, qui etiam inflexionem luminis observarunt, videis MARALDI in *Les mem. de l'Acad. Roy. des sciences de Par. de l'anné 1723 pag. 115.* DE L ISLE in ejusdem *mem. pour servir à l'hist. & au progrès de l'Astron. de la Geogr. de la Phys.* pag. 209 & seqq. Marat Entdeckungen über das Licht. übersl. von Christ. Ehrenst. Weigel. Lip. 1785, atque BROUHAM in *Phil. Transact. 1796 p. 1.* pag. 227. Cujus observationum & experimentorum recensio legatur in *Magazin für den neuesten der Zustand. Naturkunde V Band 2 Stuck.* herausgeb. von JOH. HEIN. VOIGT.

pinquare ita, ut demum in umbram capilli coincidant; quo pro umbra lineæ coloratae tantum videntur. Quod si adhuc proprius capillo lente illa feratur, sensim certi rufus incipit umbra, & irides, quæ pro lineis quibusdam luminosis permutatae adspiciuntur, versus margines umbræ sese referre observantur, atque prostremum, continuata chartæ versus capillum appropinquatione, ex umbra ex toto discedentes, cum directa solis luce, in utraque parte umbræ spectata, commiscentur. Si rufus charta a capillo removeatur; contraria animadvententur. Præter hanc phænomeni in tolem detegendi viam, aliam quoque, qua illa planius investigatur, ostensam volumus.

Fac, ut radii luminis, qui per parvum foramen, in operculo fenestræ factum, in tenebrosum conclave sunt ingressi, per aliud foramen, in charta conspersata seu lamella plumbea tenui acicula perforatum, transmittantur, & in chartam albam, aliquo intervallo a foramine, corpori cuidam, eam retinenti, fixam, perpendiculariter incident. Hoe peracto, in distantia a charta circa unum pedem capillum humanum ad normam in incidentes radios tensum admoveas. Quando jam antica pars capilli fascem radiorum incidentium, vel quod eodem redit, quando umbra capilli imaginem solis, in charta depictam, contingere videtur; tres irides, easque splendidas & distinctas, in illa parte umbræ capilli, e qua motus sit, inflexione radiorum, formari observabis; eodem vero

F tem-

temporis momento tres irides illas, quas radii desflexi depingunt, juxta alteram partem umbræ seu illam, quæ imagini solis heterogeneæ vicina est, videbis gigni, atque ita, ut tres illæ irides, quæ inflexione & deflexione radiorum producuntur, alterna vice generari animadvertantur, eo quidem ordine, ut iris quædam deflexa, priusquam iris inflexa (sit verbis venia) sub oculos eadat; quantum enim adspicere sentire potuimus; res ita nobis, capillum in radios incidentes tarde & lente moventibus, occurrit. Quod si capillum ulterius moveas, ut umbra ejus imaginem folis, in charta visam, bipartiatur, umbram primum iridibus, radiis deflexis natis, & deinde iridibus, iisdem inflexis depictis, aliquo tamen intervallo inter has & illas interjecto, utrumque adornatam adspicies. Quod speciem & quantitatem iridum, inflexione radiorum generatarum, attinet; illa iris, quæ maxime ab umbra capilli distat, latissima cernitur, deinde media & demum, quæ proxima ad umbram jaecet. Intensitas vero colorum, quibus simbriæ distinguuntur, contrarium ordinem observare videtur. Ordo porro inter ipsos iridum colores, violaceum cæruleum, viridem, flavum & rubrum (inter quos tamen cæruleus, flavus & ruber dominantur) talis est, ut violaceus proximus, ruber remotissimus, & intermedii intermedie ab umbra absint, adeo ut radius rubeus maxime, & violaceus minime inflexus observetur. Præterea animadvertere licet, has irides, quemadmodum irides, deflexione lucis effectas, in majo-

majori distantia majores, quam in minori, esse, hoc sibi vult, radios, quibus singulæ componuntur, divergere, & generatim irides luminis inflexi esse multo ampliores, quam irides, quas radii deflexi ad umbram capilli depingunt.


### §. XI.

Diximus jam, radios lucis, quantum observare potuimus, in vicinitate capilli humani per vices inflecti & deflecti (o): Quum vero ob sequentia maxime nostra interfit, ut generatio hujus phænomeni distincta & perspicue percipiatur; rem, ut nobis occurrit, schemate illustratam volumus. Sit A B (fig. 3) sectio operculi fenestræ cubiculi tenebrosi, & F F foramen, acicula factum. Transmittatur per F F radiorum fascis S P, qui in chartam quamdam albam objetam E T incidat. Si jam capillus quidam humanus, cuius intersectio transversalis sit D E G, versus cylindrum incidentium radiorum lente admoveatur, convenienter experimentis & observationibus evenit, ut, quando ille, quemadmodum per sectionem D E G exhibetur, in eo est, ut radios incidentes contingat,

F 2

radii

(o) Superfluum esse non ducimus admonuisse, nos vocabulis *vis deflexiva* & *inflexiva* nudam causam, qua phænomena earum producantur, intellectam voluisse. Quænam hæ sint, in id non inquirimus.



radii ex punctis, a capillo dissipatis & deflectantur & inflectantur, ita nempe ut, qui inflectuntur, in debita distantia capilli umbram G Q fecent &, qui deflectuntur, ab umbra G Q recedant. Quum autem observatio ious constare videatur, irides, quæ inflexione & deflexione lucis orientur, alterois vicibus in charta alba opposita depingi; res quidem sorsan ita concipi potest, ut a viribus *deflexiva* & *inflexiva*, (quæcumque earum ratio in radios agendi sit), primum proxima cylindri radiorum pars K C', (quæ tamen vel minima est habenda), tum secunda L C'' & deinde tertia M C''' & deflectatur & inflectatur (°). Et quoniam experiendo comperire nobis visum fuit, radios lucis eo magis inflecti, quo propius a capillo distabant; liceat nobis radios penicilli K C' inflexos & in colores dissipatos per conum R' C' V', penicilli L C'' per conum R'' C'' V'' atque fascioli M C''' per conum R''' C''' V''' repræsentare: in quibus conis experientiae congruenter unum quodque genus literarum C R rubrum, & C V violaceum radium significat. Intermedii colores intermedio ordine sunt dispositi.

Con

(°) Tres flexiones seu tres irides utriusque generis repræsentatas cupimus, quoniam ejusmodi numerus distinctissime videtur.